



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

37. Notatio literarum Nominalium, & eius Ominis vanitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Dominus Deus Israel. Nec satis, sed Rex (inquit) infanti nomea eligeret, duodecim cereos albos, eiusdem longitudinis, ponderis, molis, apud altare facili; in honorem B. Mariæ Virginis, & duodecim Apostolorum, fuisse accendi: quorum singula nomina singulis cereis scriperat, destinataque animo, ut illius Apostoli nomen, cuius cereus reliquis extinctis & consumptis perdurasset, nomen arriperet: Hac igitur ratione infans Jacobus est appellatus, quod diu Iacobus cereus supererexit.

Addit, illum iam grandem res magnas gefisse, & Fortunati nomine adeptum. Quicquid sit, haec si superstitione fuerint obseruata, merito a D. Chrysostomo arguantur, nec in exemplum trahenda sunt.

*Notatio Literorum numeralium, & eius
ominis vanitas.*

CAPUT XXXVII.

Nihil non tentavit curiosa obseruatio; etiam numerorum in literis exquisitam habuit rationem. Credebat enim antiqui, superstitione, tantam esse vim in nominibus, ut que numeris essinerent, ceteris inferioribus longe praestantiora felicitate essent. Quam obrem ducibus singulari certamine congregentibus, ex literis numeralibus, quæ in eiusque nomine reperiebantur, omen capabant victoriae. Hac ratione Hectorum Patroclum, Achilleum Hectorum superiorem exitisse memorant: Hoc diserte testatur Terentianus Maurus:

Et nomina tradunt ita littera peracta,
Hoc ut numeris pluribus, illa sunt mina-

tis.
Quand. que subibunt dubia paricla pugna,

Maior numerus quæ fuerit, facere pal-

mam;

Præfigia letibi minima patere summa;

Sit & Patroclum Hectora manus perisse,

Sic Hectora tradunt occidisse mox Achilleum.

Hectoris enim nomen numerum haberet 275. Patrocli 871. Achillis 176. ut ex numerorum Græcorum ratione, & singularum litterarum supputatione patet. Sic numeratur nomen bestia Apoc 13. & complectitur 666. cui numero responderet nomen Mauritii: Sic nomen Christi per ambages expressum est à Nibylla.

Tota pars φωνεία φέρει, τὰ δὲ σφόντα τὸν
αὐτὸν
Διοσπῆταις αὐτοῖς, ἀριθμὸν δὲ ὅλον ἔχονται
νομίζουσι,
Οὐτωδιόρμονται, τόσος δεκάδας τοῦ
τοτεσι,

Hab. ἐγγραφαὶ οἰκτρού. Hoc efficit nomen Iesu 283. Per numeros igitur nomina exprimeremus non est nouum: sed inde futuri omnia captare, est ireligiosum, & vanum. Bello, quod Mauritius dux, Saxonie elector, contra Carolum V. Imperatorem pro liberatione Landgravij gesit, sollicitus admodum Mauritani, quem exitum res habitura esset: Quidam per iocum iussit eos bono esse animo: nam a Carolo vii Mauritium non posse; caussam rogatus, respondit, veteris divinationis esse fiduciam: Nam, ut Achillis victoris nomen, numeris qui literarum nominis indicarentur, plenius esset, quam Hectoris; sic Mauritij statim initio nomen, Caroli nomine esse numerosius. Congruit omen eum exitu; sed tamen futilem divinationis rationem arguit, quod codem nomine Mauritius Imperator à Phoca victus est, quem pleniori appellatione antecellebat. Ipso demum postea Ioannes Fridericus Saxo, & Philippus Landgravius, ena plenissimis nominibus, Caroli armis bello Germanico celebunt. Ex quo nihil inde notationem nominis caperetur oboris planè certum est, cum quotidiana experientia hanc anilem vanitatem sat satis confuteret.

De Anagrammatismo.

CAPUT XXXVIII.

Ad notationem nominis illustrandam non raro affluntur anagrammatismi: quorum usus antiquissimus, in hac usque tempora dimanavit. Credibile est, à ludorum cœpisse doctribus, qui nata ad huiusmodi literarum observationes ingavia habuerunt: quæ deinde lingua Hebreæ in his nominum inuersiōibus secunda quam maximè felicitas, non medocriter adiuuit.

Primum Genesios verbum, בְּשַׁרְיָה בְּשַׁרְיָה, quinquaginta sermē modis per variis anagrammatismos inuententes Rabbini lectiuarunt: quo tandem sensum illū confecerunt.

X.

Pa-